

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Gottlob Friedrich Seligmann Daniel Albrecht

**Deo. Auxiliante. Consentiente. Facultate. Theologica. ... Theses. Divini. Numinis.
Contra. Atheos. Vindices. Extemporaneas.**

Rostochii: Wepplingius, 1686

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756512700>

Druck Freier  Zugang




RU theol. 4. Sept. 1686

Albrecht, Daniel

Seligmann, Gottlob







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn756512700/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756512700/phys_0003)

DFG

41
DEO. AUXILIANTE.
CONSENTIENTE. FACULTATE. THEOLO-

GICA. MAXIME. REVERENDA.

THESES.

DIVINI. NUMINIS.

CONTRA. ATHEOS.

VINDICES.

EXTEMPORANEAS.

Schizmann
SUB. PRÆSIDIO.

VIRI. ADMODUM. REV. EXCELLENTISS. AMPLISS.

DN. GOTTLÖB. FRI-

DERICI. ~~SCHISMANN~~.

S. S. TH. LICENTIATI. METAPHYS. ET.

PHYS. PROFESS: P. FAMIGERATISS. TEMPLI. CA-
THEDRALIS. ARCHIDIACONI. MERITISS.

NEC. NON.

LIPSIAE. ADHUC. DUCALIS. COLLEGIATI. ETC. ETC.

DN. PRÆCEPTORIS. AC. STUDIORUM. SU-
ORUM. PROMOTORIS. SANCTE. SUSPICIENDI.

AD. D. IV. SEPTEMBR. A. MDCLXXXVI.

IN. ALMÆ. AD. VARNUM.

MAJORI. AUDITORIO.

PUBLICÆ. PLACIDÆq;. Θεολογία. DISQUISITIONI.

P.

A U T O R.

DANIEL. ALBRECHT. RIGA. LIVONUS.

ROSTOCKII. Typis JOH. WEPPLINGI. Acad. Typogr.

SPLENDIDISSIMIS.
REGIÆ RIGENSUM. REIPUBLICÆ.
LUMINIBUS. AC. ORNAMENTIS.
FULGIDISSIMIS.

VIRIS. NOBILISSIMIS. SPECTATISSIMIS. VIRTUTE & AC. DIGNITATE. GRAVISSIMIS. CLARISSIMIS. CELEBRA TISSIMIS.

M A J O R I S.

NEC. NON.

M I N O R I S.

CIVIUM. COLLEGII.

D N I S. T R I B U N I S.

D N I S. S E N I O R I B U S:

*MAXIMIS. MÆCENATIBUS. PROMOTORIBUS. ATQUE. EVERGETIS. MEIS.
SUBMISSO. CULTU. ET. VULTU. PERPETIM.
HONORANDIS.*

UT. ET.

*VIRO. NOBIL. AMPLISSIMO. ET. INTEGRITATE.
MAXIME. CONSPICUO.*

D N. JOACHIMO. RODEG.

*NEGOTIATORI. IBIDEM. PRIMARIO.
COLLEGII. DE. NIGRIS. CAPITIBUS.
SENIORI. MERENTISSIMO.*

**D N O. PATRONO. FAVORI. AC. BE NEFACTORI.
MEO. AETERNUM. DEVENERANDO.**

*Theses has extemporaneas seu primas industria Theologica aristas
in animi perpetuum devindissimi restimonium, in eorumque
audierum ulteriore commendationem.*

D. D. D.

Autor.

DANIEL. ALBRECHT.



DEO AUXILIANTE.

I.

Ontra Atheos disputa-

ture nostrum est propositum.
Sed qui illi? Homines ipsis
Dæmonibus deteriores. Dum
enim credunt hi & contreb-
miscunt, Jacobo teste, isti
Deum existere non credunt,
nec in divinam ejus majesta-
tem blasphemiam τύπον οντός conijicere verentur.
Dicunt in corde suo, (quid pejusauditu?) Non
est Deus. vid. Wagner. Exam. Elenct. Atheismi
Speculativi p. 4. Quinam sint Athei Speculativi, vid. Disp. immo. an.
f. ced. 8 03. 55. 56 —

Epist. II.
v. 19.

II. Qværitur an hæc Disputatio possit censeri
licita? Dubitandiratio hæc fortean videtur es-
se, quod argumenta impietatis tantæ tutius
nesciantur, quam, fortissimè licet refutata, cu-
riosis ingeniiis innotescant. Præterea infirmis

A 2

scandalis

Scandalο cedit, si æternæ suæ Salutis obfirmatam hypothesin, qvæ in Deum existentem resolvitur, negativè disputari audiant, vid. Wagner. c. l. p. 6. Obrinent tamen Voetii monita de Atheismo p. 167. sic rem de cidentis: ubi periculum non est ab Athœrū furoribus, posse omitti isthanc Disp. in institutionibus præcipue cathecheticis, & rūm sufficere plerumq; si præsupponatur & sumatur de existente Deo principiū; aliam interim esse conditionem Disquisitionum Academicarum, in quibus utpote armari fas sit Theologos contrā omnis generis Antagonistas; ea tamen cum cautela & reverentia, ne venti-
lari putetur Problema Dialecticum.

III. Ita verò constat, debere prius exponi, qvā invictis & notis ex natura argumentis probari valeat, qvod existat Deus, quām promoveri pedem ad Objectiones ab Adversariis passim prolatas; ne si hæ dicantur sub initium, doceantur, & Diabolus cum corrupta carne occasionem inveniat horrendis ejusmodi cogitationibus Hominum mentes perturbandi; ceu iterum Voetius loquitur c. l.

IV. Sed & illa si suscipimus perlustrare, diversam diversis methodum placuisse comprehendimus. Confugit maximè ad suas Primitates, at nondum demonstratas satisq; lubri-

cas

cas, Campanella; ad Ideam internam & necessariam, vexatissimis tamen Exceptionibus obnoxiam Cartesius; ad Conscientiam præ aliis aliis, nec male, modò ipsis res semper esset cum iis, quibus conscientia non haberetur pro perverso luxurie Libidinis Dictamine; pro qvo habuit Conscientiariorum ille, si ita vocare ipsum liber, Princeps, Matthias Knüzen / cuius nequissima dogmatæ in Musæi peculiarij qvod de ipso editis scripto, sub tit. Ableitung &c. videlicet,

Tom. A. A. A. n. 1

Rom. I. v.

20. seqq.

gentium Apostolum, qui ~~analogiæ~~ Gentiles ^{quem lo-} esse, veritatem in injustitia detinentes, dum ^{cum vide} scribit, provocat ante omnia ad Creaturas, & ^{bindicau} ostendit, ex iis, sempiternam virtutem ac Divinitatem Dei potuisse pervideri. Sicque argumentum ab Operibus ad Opificem tanquam inviolabile, & ad Impios (Atheos) convincendos primo loco aptissimum nobis suggerit.

*à B. Wel-
ler. in an-
notat.*

VI. Vim argumenti placet eloqui verbis Philonis Judæi, ap. B. D. Nieman, in Atheo refutato p. 17. reperiundis: Opifices plerumq; noscuntur ex opificio. Qvis enim inspecta Tabula vel statua non statim intelligit Pictorem? Qvis vestibus, navibus, Domibus inspectis non cogitat Textorē, camentarium? Item cum aliquis adit urbem cuius bene constituta sit Resp. ornataque pulchris Legibus, quid

A 3

alud

aliud credet, quam bonos ei Magistratus præesse?
Sic qui venit in hanc veram Megalopolin, mun-
dum videlicet, videns terræ mundana & campe-
stria plena stirpibus & animalibus omnibus peren-
nibus & torrentibus, pabulis & maritimis sub-
vectionibus, tum aeris temperiem, & mutationes
vicesque annuas temporum, ad hæc solem Lunam-
que noctis & diei principes, cæteraque sidera, vel
fixa vel erratica, totiusque choreas & ambages:
nonne verisimilem imò necessariam cogitationem de
borum patre, conditore ac Rectore concipiēt? Nul-
lum enim artificiosum Opus sponte provenit. Mun-
dus autem arte summa factus est, dubio procul à
conditore Optimo ac perfectissimo. Ita jam Deum
esse percepimus.

VII. Et sanè fulgurat omnino ceu Hiero-
nymus ait ad Cap. i. Ezech. qvælibet Creaturæ
Dei notitiam, suntque, ut habet lemma in Ambro-
sian. ad Demetriad. in pulchritudine coeli & ter-
ræ qvædam paginæ ad omnium oculos semper
patentes, & auctorem suum nunquam tacen-
tes; credoque (cum B. Niemann l. c. p. 18.)
Si Homo aliquis extræ mundum natus, & eò
usq[ue] educatus, ut recta ratio se exserat, in
mundum veniret, & totum hoc universum
perlustraret, qvomodo Sol diei, Luna verò
nocti præsit; quomodo certò tempore Ver-
Æstas,

Aetas, Autumnus, & Hyems mundum murent,
& quasi novam formam ei inducant, quidque
singulis anni temporibus mirabile visu contin-
gat, eum sponte sua collecturum necessario,
existere aliquam causam, à qua ista omnia mo-
verentur, atq; ita ordine & decenter agant; ac
credere idem mecum quemlibet jubet lana ratio.

VIII. Per hanc expedimus rem hoc mo-
dō: Quid in Mundo apparet finitum, proin
ipse mundus quoque finitus est. Negas? Dic,
quomodo ex finitis partibus, quas a spectus, &
ab eo in ipsis observata temporum aliorumque
vicissitudo monstrat, possit fieri totum infini-
tum? Nulla certe Sapientum Schola id
profirebitur. Conf. Barlae verba apud Wagner.
c.l.p. 28. Jam si finitus mundus, non à se, sed
ab alio est, qui ~~νεώτερος~~ νέότερος, quod idem
est ac ab æterno, fuit, tanquam causa prima,
ultrà quam in infinitū progredi non datur. vid.
iterum Wagner. c.l. & conf. de demonstratio-
ne hujus Theos: Non omnia Entia in univer-
sa Entium multitudine esse facta, sed dari aliquod
Ens non factum à se & vi sua essentia existens, à
quo facta sunt alia Dn. D. Franckii Atheum
convictum. i.p. 7. non erit quod accuratæ de-
ductioni reponi queat. Adde illam contra-
dictionem: O Ens est dependens Q. Ens non
est

PP. 81. 8

21. 1. 9

est dependens, è quā qvameunque admiserit Propositionem Atheus (alterutram autem admittere cogitur per Axioma inexpugnabile: Duas contradictorias non posse esse simul veras, nec simul falsas) captus erit, vid. Cornel. Martin. Theol. Natural. p. 32.

IX. Ulterius cum sic pateat ex finitudine Mundi Numinis existentia, sicebit ex magnitudine, ejusdem Omnipotentiam, ex ordine & pulchritudine impervestigabilem Sapientiam, ex Conservatione Providentiam, ex Perfectione Bonitatis inexhaustam affluentiam, manuducente Apostolo, colligere, ceu per plura capita id omne explicuit jam aliquoties catus Wagnerus, qui videri meretur; nam nobis omnia per partes evolvere jam non est integrum. Faciunt huc non ignotæ Negationis & eminentiæ viæ, de quibus passim Theologi:

X. Cæterum quando hæc ratione jacta sunt convincendorum Atheorum fundamenta, jam Conscientiæ illud, cuius & supra mentione est facta testimonium, in medium produc valere arbitramur, uti produxit quoque Apo-
Rom. II. stolus ad Romanos. Quid impedit, quo mi-
• 14. 15. nus his verbis tum alloquamur Homines: Vi-
dete quid creaturæ possit, quantoperè obstu-
pesfaciat Spectatorem, quamque efficaciter ad
con-

Conditoris sui admirationem illum perducat
singula contuentem; agite, ponderate, quid
Conscientia vestra Vobis insusurret, scio, edi-
cet, quod habeatis suprà vos boni Remunerá-
torem, mali Vindicem: Etsi vestræ, ô impii
recludi mentes possent, novi oblaturas nobis
laniatus & iictus esse, visuros nos, ut nec fortu-
na, nec solitudines vos protegere queant, quin
tormenta pectoris, vestrasque ipsi pœnas pro-
datis. vid. talia quædam de Tiberio ex Tacito
ap. Dannh. Christeid. p. 4. Sanè allocutus jām
est Atheum, nō dicitur Conscientiæ negantem haud
absimilibus apud eundem Dannh. Theol. Conse.
P. I. p. 166. non nemo, dixerimque ità ibidem
stimulum conscientiæ urgeri, ut evadendi oc-
casio omnis contradicenti videatur erecta.

XI. Superest consensus Hominum, de quo
hæc Plutarchi verba extant, si terras obeas, in-
venire possis urbes, muris, literis, Regibus, Do-
mibus, opibus, numismate carentes, Gymnasi-
orum & Theatrorum nescias: Urbem templis
Diisqve carentem, quæ precibus, jure jurando
non utatur, non bonorum causâ sacrificet, non
mala sacris avertere nitatur, nemo unquam vi-
dit. At veritatis argumentum est, inquit Sene-
ca Epist. 117. aliquid omnibus videri. Exprimit
idem hunc in modum Mornæus c. 1. de veritat.
Relig.

B

Relig. Christian p. 12. Percurre Orbem ab Ortu ad occasum, à Septentrionibus ad Austrum; perlunga Mente, qvotquot antecesserunt secula: quotquot viguerunt Regna, ipsa demum scrutare Barbarorum s. lustra s. Mapalia, ubi cunque Homines invenieris, ibi continuo Religionem & Numinis cultum, ibi Sacrorum ritus, preces denique & sacrificia repieres. Diversa quidem hæc & confusa, at in eō saltim congruentia, quod Deus est. *Conf. Grot. de ead. materia p. 5.*

XII. Non opus esse autumamus, ut convergantur plura; quæ adduximus, talia haud immereit censentur, ut quemlibet, nisi extreme pertinacem, si ejus animum de non existente Deo cogitatio subire ausit, possit in pudorem maximum conjicere. Certè de ultimo non male Laetanius, *in annotat. de Relig. Med. p. 103. allegatus*: Nec difficile sane fuit paucorum Hominum pravè sentientium redarguere menda. Cia testimonio Philosophorum atque Gentium in hac una re non dissentientium. *Conf. de certis Voët. de Atheismo p. 172. seqq.*

XIII. Mirum proinde, quod, cum plurimæ hòc ævo lectæ & Religionum dissidia infestent orbem, nulla ex his vel Hominum multitudine, vel Regnorum & Provinciarum diversitate

sitate numerosior sit, quam secta Atheistarum, h.e. eo-
rum, qui Numen ipsum, Numinis Providentiam, & au-
marum immortalitatem conantur tollere, vel certe de
his ambigere non verentur. Viget hæc partim apud Ja-
ponios, Sinas, Indos, Tartaros aliasque barbaras Natio-
nes, viget apud Mahumedanos, quorum plerique omnia
fato trahiunt, ut Chalcondylas & alii Autores scribunt;
Viget & apud Europæos, quorum multi de toto Religionis
negotio dubitant, plures omnem Religionem con-
temnunt, & clanculum inter veros Christianos, tan-
quam inter pullos aquilarum adulterini, acie palpitan-
tes, vel potius inter aquilas nocticoraces aut vespertilio-
nes versari haud putant impium; digni sane ut navigent
Anticyras. ceu loquitur Speidel. in specul. f. 80.

XIV. Exstant scripta horrorem Legentibus incu-
tientia. Notum est Jul. Cæsaris (alii Lucilium vocant)
Vannini, decantatissimi Athei, amphitheatum æternæ
Providentiæ Divino Magicum, in quo Atheismū sub spe-
cie refutantis astutissimè confirmavit, iis argumentis
Providentiam divinam asserens, quorum probatio fri-
gida improbationi vicinior erat. Neque ignotus liber
ejusdem alias de admirandis Naturæ Regineæ, Dæq; mor-
talium arcanis; cuius utriusq; mentionem injicit Wa-
gnerus in Exam. Atheismi p. 10. Historiam ceterum Ho-
minis totam Gramond. L. III. Histor. p. 210. nec non
Mercurius Gallicus Tom. V. ad A. 1619. prolixius recen-
sent, ad quos alegamus. Sic perquam famosus liber est
de tribus Impostoribus quem plusquam tartareo, s. Petro
Aretino, s. Poggio Florentino, s. Bernardo Ochino, s.
nescio quo alio impietatis Magistro obstetricante, supe-
riori seculo enixus est, Christi Doctrinæque & Ecclesia
Christianæ hostis ille ~~æt~~ Dræco infernalis. Et li-

conf. Disp. imm.
§ 62. VD. P. Joh. I
minand. fæditat. de
in profat. it. Ma
398. cit. V. Klugio 1

Autor libri: Religi-
num fidei putat.
Carpanella Flore-
sium, ut Sabius P. Meli
Devict. p. 9. cit. P. Da
Asyli: Picrat. p. 6.

cet non desint, qui an unquam Opus tam execrandum publicam lucem aspexerit, in dubium vocant, alii nihilominus, qvod omnino prodierit & à Viris fide dignis lectus sit sacerrimus iste liber idoneis se documentis

R. 36. comperisse testantur, docente Dn. D. Kortholto *Tr. de Tribus Impostorib. in Prooem.* Qvi & ipse alios tres Autores nominare novit, viros callidos, & plenos technarum huc meritò referendos: Qvippè qvorum molimen est, lub specioso ingeniosorum & exquiatu^r schemate cœlitus donatam veritatem falsitatis & à Deo patefactam doctrinam fraudis insimulare, quod an aliquid nequius proponi possit, judicabit qilibet cordatus. *vid. c. l. & conf. passim ipsum librum.* Taceo reliqvos, qvos producit Wagner. *c. l. & examinat Voetius de Atheismo ap. 200.* Utinam experta hæc scripta essent, anteqvam typis fuissent expressa, qvod alias impiorum & qvibusvis, qvi legentium animis nocere possunt, libris non Christiana solum Religio, sed & Gentilium censura adjudicat *in Dietberr. Orb. Nov. Erudit. fol. 55. ex Coquio in Commentar. ad Augustinum.* Utinam verè scribere potuisset Autor Relig. Medic. p. 122, nullos unquam Atheos fuisse jam dudum credo! Religioni profecto magis, qvam nunc fieri videremus, tribuerent Homines.

ed. anteced. § 49. ex XV. Benè tamen non immérito notamus Atheismum illum simpliciter talem, aliquos directè, indirectè alios propter. Et qvamvis non pauci illos, theoretice tales, non dari existiment, acqviescimus tamen non immérito in istisB. Schertzeri exB. Hülsemanno depromptis possibile esse, dari ad tempus qvōsdam speculative Atheos, non per naturam, sed per ex coēcationem. *vid. System. p. 35.* Inter hos verò non numerare non possumus eos, qvi hypotheses sovent, ex qvā vel immediate, vel per consequentiam Existentia Dei impugnatur, *De qvibus consul.*

consule Dn. Rudrauff. Philos. Theol. p. 39. & de his posterioribus ita Dn. D Kortholt in Tract. de Trib. Impost. p. 22. Non esse Atheismi reos, nisi illos duntaxat, qui summum aliquod Numen existere negant imperiti vulgi persuasio est. Latius quippe Atheorum patet appellatio, eosq; etiam ambitu suo complectitur qui Deum qvidem esse non negant, secus interim quam fas est, & divinæ permittit revelationis ratio de Natura cultuq; Supremi Numinis sentiunt: quorum suscepta quantoperè promoveant Atheismū simpliciter tale, vix satis ediscerere qvim.

XVI. Interim ut his obviām ire per brevitatem non licet, ita rectissime scire cupimus, quānam tandem egregiae illæ causæ sint, ob quas in Atheismum proclives se hinc inde demonstrent homines; quæ argumenta hanc impietatem tradentia s. Afferemus nonnulla, ex quibus de ceteris judicare possis. Quædam probantium debent vim sustinere quædam excipientium. Thesis ipsorum est: Non est Deus, quam sic probant: Si Deus esset, fuisset ab æterno, si ab æterno fuisset, non quievisset, sed aliquid egisset, ac per consequens citius, ac factum est, produxisset mundum, quod quoniam non factum ergo nec Deus est. Pergunt, si Deus est, aut erit a se, aut ab alio. Non ab alio, nam eo ipse non esset Deus, non a se, nihil enim est causa sui ipsius. plane Deus non est. Porro inquietunt, Deum nemo unquam vidit. E. nec est, si esset, utique sisteret se conspiciendum. Ulterius, dantur populi, apud quos nulla Religio. E. nec Deus. deniq; dantur sceleræ & malicia in mundo, E. nec Deus; nam si Deus daretur, impediret ista, aut planè tolleret, vid. Wagner, ac. 18. usq; ad 21.

XVII. Sed enim quis non advertit ineptias? Ergone eo ascendit tua Temeritas, o Athee, ut abs Deo

expetatis rationem ante aut circa mundi Cr̄ationēm actōrum ; O Homo quid audes ? Nolito errare , Θεός & μυχής εἰσεμην . Si tamen scire cupis quid ab æterno egerit Deus , confer . Ps . II . 7 . Eph . I . 3 . respondebit tibi Rex Sionæus & Apostolus . Dein non sui ipsius causa Deus , idcirco nec à se est , quæ consequentia ? quamvis de locutione , Deus à se est , rectè moneatur , quod sit accipienda cum grano salis vid . Wagner . p . 47 . Ità perversè satis à non viso ad non existentem Deum fit progressus . Cogita quam multa non videantur , sint tamen , vel in rebus corporeis , ut animales spiritus quin ipse aëris . Disce interim videri aliquid vel à priori , vel à posteriori in effectus posse , & conf . locum Apost . suprà adductum . Quid de populis credamus , ex antecedentibus patet . Qvod si nihilominus ponendum , aliquos adeò barbaros inventos esse , id ipsum malitiosæ suppressioni ejus , quod inscriptum cordibus de D̄o est , venit adscribendum , à quā ad Negationem D̄ei , quæ iterum consequentia ? Restat ultimum de sceleribus sceleratum , arguensq ; inscitiam historiæ Creationis & lapsus ob contemptum Scripturæ contractam . Illam enim attendere si libéret , ut re-

Rom . I . 20 .
Ecc . VII . 30 .
ctus esset factus primus Homo , ut à Diabolo seductus , ut divina Legē abs omni injustitia sibi cavere jussus , abundè pateret . Reliqua hūc spectantia vid . p . 53 . ap . l . xpīg cit . Wagn .

XVIII . Proh ! cœcitatatem nunquam sat deplorandum ! ob nullas nisi vanas ac temerarias rationes non dubitant in dubium vocare existentiam Optimi Conditoris sui prædictæ ratione Creaturæ . Sed uti probantum , ità & excipientium habet conditio . Mundi finitudini opponunt conceptum de æternitate ejusdem , aut figuratum plurium mundorum , quasi illa ullo pacto probari , hoc verò ob oculos positæ veritati præjudicare posset . Sa-

ne

ne qvicqvid in Mundo apparet, contrà hujusdem æternitatem disputat, & si possent dari plures mundi, quid impedit, qvò minus ab uno eodemq; increato Ente prodire diceremus? Processui à creatis ad primam causam obstat volunt, qvod in serie causalium non detur accessus ad determinatam; sed id erat probandum. Aliud docet superiorius Thesis VIII. conf. Dn. D. Niemann Athēum refutatum.

XIX. O igitur ad saniorem redi mentem, Athēe, & tecum perpende, qvam nihil queas efficaciter urgere contra Deum tuum, qvam vicissim omnia ubi vis præsentem Tibi eundem monstrant, non prius tranquillō gaudebis animo, qvam Dominum altissimum venerari decenter incipies, in qvo unico unicè vera tranquillitas. v. Verulam. Serm. fidel. n. XVI. & Scrivener. Thesaur. An. P. IV. p. 835. Agnosce ipsum nobiscum, & patefaciemus tibi transitum à Naturæ libro, per quem aperte vinceris, ad Scripturæ codicem, unde Tu & Saluti consuletur. Pondera ut nullum vaticinium caruerit eventu, ut amicissime conspirent omnia in isthuc volumine reperiunda, ut custoditum inter tot pericula subsistat hodienum, ostendatq; in Lectoribus virtutem plane admirandam. Certe si hac quælibet cum cura pervolveris, alia tibi erit (nil hære) sententia, certius beatioris & hic & illic vita desiderium.


XX. Atque utinam qvorū invis hominum pectoribus imprimēretur hoc propositum salutem aspirandi, qværendi indubiam. Utinam in auribus mortalium, inter tam tristia degentium, perpetuo vox Apostoli sonaret cum timore & tremore vestram salutem curate, utinam potius amarentur, qvæ pietatem, qvam qvæ cū Phil. II. 12. riositatem, qvæ firmitudinem doctrinæ veræ, qvam qvæ ampli-

amplitudinem cogitationum mundi promoverent; utiam
nam non ante ex inspectione proborum dimitterentur
nondum matura ingenia, quā affatim fundata invenirentur
in eredendis, utinam in scandalis amovendis, Deo ac-
ceptis propagandis major poneretur solertia! non opus
amplius Thesibus Divini Numinis contra Atheos vindic-
bus esset. Conf. etiā clausulā Athei à Dn. D. Franckio con-
victi. Et increpabit tandem Sanctissimus Deus Satanam
dabitque id precibus nostris, ut indies illuminentur plu-
res Spiritu gratiae, quo Ipsum, à quo omnia sunt ejusque
potentiam cognoscant, & ab infidelitate sua desistentes
Optimum Benefactorem ex toto animo colant & ado-
rent! In quo voto nunc jubente tempore subsistendum
est. Tu, Benevolē Lector, his contentus eris, & festinata-
bitum instituere abhinc nono demum die decrevi

mecum, Theologici, meliorem in partem
interpretaberis.

S. D. G.






ne qvicqvid in Mundo apparet, conitatem disputat, & si possent dari pedit, qvo minus ab uno eodem dire diceremus? Processui à creato obstat volunt, qvod in serie causarum ad determinatam; sed id erat p. docet superius Thesis VIII. cons. Dn. um refutatum.

XIX. Oigitur ad saniores & tecum perpende, qvam nihil quea contra Deum tuum, qvam viciissim ostem Tibi eundem monstrant, non debis animo, qvam Dominum altissimum center incipies, in qvo unico unicè Verulam. Serm. fidel. n. XVI. & Scriv. 835. Agnosce ipsum nobiscum, & patitum à Naturæ libro, per quem aperitur codicem, unde Tuæ Saluti constitutum nullum vaticinium caruerit eveni conspirent omnia in isthoc volumen custoditum inter tot pericula subsistat, qvæ in Lectoribus virtutem placet. Certe si hæc qvælibet cum cura per volens (nil hæreo) sententia, certius beatior desiderium.

XX. Atqve utinam qvorum visibus imprimetur hoc propositum satis qværendi indubiam. Utinam in autem inter tam tristia degenitum, perpetuam nare cum timore & tremore vestram suam potius amarentur, qvæpietatem violitatem, qvæ firmitudinem doctrinam



the scale towards document

0332

Scan Reference Chart T263 Serial No.

Image Engineering